

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Beiträge zur vaterländischen Geschichte**

Band (Jahr): **14=4 (1896)**

PDF erstellt am: **22.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

dabitur plura scribam. — Interea Illustrissime princeps, valebis in Domino quem oro, ut C. V. incolumem conservet. —

Castellione 3. Octob. 1563.¹⁾

Illustriss^{ae} C. V. deditissimus
Hotomannus.

XXIII.

Zum Verlauf der Bartholomäusnacht. — Die meisten Stadtpräfecten Frankreichs weigerten die Ausführung des Mordbefehls. — Die Papisten, selbst die königlichen Räte bereuen die Unthat. — Starker Widerspruch zwischen den seitherigen königlichen Erlassen. — Bitte um seine kirchliche Fürbitte und um Verwendung beim Magistrat zur Verhütung eidgenössischen Truppenzuzugs.

Fr. Hotmann an A. Sulzer, Dr. der Theologie und Pfarrer in Basel.

Genf 3. Oct. 1572.

Venerande pater, Jeri per vesperi singulari Dei providentia, clementia et misericordia huc sum advectus et lapsus e manibus carnificum, quorum similes aetas nulla tulit. Cum essem de hujus adminutus, deesse meo officio nolui, praesertim ut miserrimas ecclesias nostras tuis precibus commendarem, quarum crudelissima laceratio vel potius laniena ita papistarum nostrorum animos commovit, ut regio consiliarios tantae tyrannidis magnopere poeniteat. Nam annonae penuria et caritate et prope fame plebs vexatur, aperteque et palam vociferatur: bellum si ingruat, se patrios sedes relicturam. — Complures praefecti urbium regionum provinciarum

¹⁾ Ein gleichlautendes Schreiben an Herzog von Württemberg ist abgedruckt in *Revue historique* d. 1876, I, cit. p. 45.

apertissime regi denunciarunt, se non esse carnifices : si velit, alibi suos carnifices quærat, neque se in ista exercenda laniena illius edictis obtemperaturos. — Itaque multo maxima pars civitatum Galliæ ab ista carnificina et crudelitate abstinent. — Verissime tamen hoc confirmari potest, quinquaginta hominum millia circiter octo dierum spatio interfectos fuisse. — Ad hanc crudelitatem accessit incredibilis impudentia : passim missa sunt diplomata regia aperte inter se pugnancia. Nam aliquoties scripsit et passim scripsit, magno suo cum dolore seditionem Lutetiæ excitatam esse, in qua cognatus suus charissimus Admiralius fuit interfectus. — Biduo post scribit, eundem Admiralius horrendæ conspirationis adversus majestatem suam autorem fuisse, ob eamque causam illum suo jussu et mandato ceterosque ejusdem conjurationis participes interfectos fuisse. — Confido te, pater venerande, de rebus his diligenter cum magnifico vestro magistratu acturum et nostras ærumnas omnipotenti Deo in tuis precibus commendaturum. — Spero etiam Bezam nostrum tibi diplomata illa pugnancia missurum alioqui meo officio non defuissem. — Neque puto, Helvetios vicinos confoderatos vestros velle in ea causa regiæ cupiditati morem gerere, quæ maximam Galliæ partem ab illo alienavit. — Bene vale vir clarissime et pater venerande.

Genevæ 3. Oct. 1572.

Fr. H.
